

IO. IACOBI BVCCAE

DE STYLO CVRIAE R. P. D.

AVDITORIS CAMERAE,

LIBELLVS.



CVM PRIVILEGIO.

Romæ apud Antonium Bladum impressorem Cameralem.

M. D. L. X. I.

MOTV proprio, &c. Cum, sicut dilectus filius noster Ioānes Baptista Bucca clericus Romanus nobis nuper exponi fecit, ipse pro publico & communi omnium, ac praesertim in Romana Curia versantium, utilitate & commodo, quoddam opus, super stylo seu modo procedendi in Curia seu foro olim Auditoris, nunc vero Regentis Camerae Apostolicae, per quondam Iacobum Buccam eiusdem Ioannis Baptistae genitorem collectum & in lucem editum, ac illud nusquam aliàs impressum, sua propria impensa cum diligentia imprimi facere intendat, dubitetque ne, postquam huiusmodi opus imprimi fecerit, seu emiserit, contingat alios ipsum cum sui iactura, propter graues expensas quas eum circa huiusmodi impressionem subire oportebit, imprimi facere, ipsumque idcirco maximum detrimentum pati, Nos propterea eius dispendio, ac indemnitati consulere volentes, Motu simili, & ex certa scientia nostra, eisdem Io. Baptistae ne praedictum opus haecenus non impressum, ac ipsius aere et sumptibus imprimendum, per decem annos post eiusdem operis impressionem, à quocunque cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis, aut praeminentiae fuerit, sine ipsius Io. Baptistae expressa licentia, imprimi, aut vendi, seu venale teneri possit, concedimus, & indulgemus, Inhibentes omnibus & singulis Christianis tam in Italia quam extra Italiam existentibus, praesertim bibliopoli, seu librarijs, librariisque impressoribus, & mercatoribus, in virtute sanctae obedientiae, et sub excommunicationis latae sententiae, à qua, nisi satisfacto de damno et poena apposita, absolui non possint, in terris vero S. R. E. mediate, vel immediate subiectis, amissionis librorum, et ducentorum ducatorum auri Camerae Apostolicae applicandorum poena, per eos et alios quoscunque, et cuiuscunque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, et praeminentiae existentes, eis auxilium, consilium, vel fauorem praestantes, et talia facientes, tacentes, ac non reuelantes, toties ipso facto et absque alia declaratione incurrenda, quoties contrauentum fuerit, ne intra decennium ab eiusdem operis editione, seu emissione, aut impressione, per ipsum Io. Baptistam siue eius iussu faciendam, computandum, dictum opus haecenus non impressum, et per dictum Io. Baptistam euulgandum, seu eius sumptibus imprimendum ut praefertur, in quacunque forma alicubi imprimere, nec per quosuis impressum vendere, seu venale habere, vel proponere sine ipsius Io. Baptistae expressa licentia, vel consensu, dicto decennio durante, audeant, vel praesumant; Mandantes vniuersis venerabilibus fratribus nostris

STYLVS CVRIAÆ

R. P. D. Auditoris Camerae.



VPIENS ea, quæ per longum tempus, quo in Curia R. P. D. Auditoris Camerae versatus fui, tam de stylo, q̄ vigore facultatum pro tempore dictæ Curia Auditori concessarum, obseruari vidi, memoriaræ meæ cõmendare,

Decreui quæ menti meæ in dies occurrerent, in scriptis redigere.

Distingvam igitur capita iurisdictionis ipsius D. Auditoris, & successiue, per ipsa capita, quæ obseruari vidi, annotabo.

Capita iurisdictionis D. Auditoris.

Cap. I.

PRimo igit̄ est Sanctiss. Dñi nostri Papæ, eiusq̄ Camerarii, necnon Curia causarū Camerae Apostolicæ generalis Auditor, vt in facultatibus D. Auditori pro tempore concessis, præsertim per se. re. Iulium. II. vt in bulla Iulii. II. de qua habetur in formulario fol. 255. in prima col. & in bulla Pauli III. de qua fol. 268. in si. 2. col.

eundem in scriptis excommunicare, modo infra scripto, vtz,

Quia scribit in libello, seu Broliardo notarii, post annotationem infra scriptam, factam per notarium in suo Broliardo, (vz, post istud nomen Excommunicatio, manu notarii scriptum, hæc verba) vtz, Nisi infra tres, vñ intra tres; & hæc verba scripta per D. Auditorem, vel Locumtenentem, habentur de stylo pro huiusmodi excommunicatione in scriptis lata.

Lapsis dictis tribus diebus a prolatione dictæ sententiæ, si creditor vult procedere ad vltiora, cogitur citare debitorem præsentem, vel absentem, modis, quibus supra, ad videndum se declarari, & contra eum literas decerni, ad primam, si ad domum, vel per affixionem, siue etiam per totam, si personaliter citetur.

In quo termino, comparente creditore, D. Auditor consuevit ad instantiam dicti creditoris, debitorem declarare incurrisse in excommunicationis sententiam, simpliciter, nisi debitor allegauerit aliquid validi; & tunc in eum euentum consuevit declarare, & literas decernere, nisi per totam, vel ad primam, vel ad secundam, prout ipsi D. Auditori videtur exceptionem esse releuantem, vel non.

Et si in dicto termino debitor nihil probauerit, vel etiam deduxerit quæ etiam probata non releuant, consuevit D. Auditor relaxare literas decretas, etiam parte non citata.

Et nota, q̄ contra obligationes in forma Camere

stante creditore. In dicto termino comparet, & re-
producta citatione, ac data cedula petitionis, D. Au-
ditor fert sententiam declaratoriam, declarando di-
ctum debitorem incurrisse sententiam, & penas co-
tentas in literis apostolicis reservationis pensionis
praedictae, cui reservationi principalis praefatus con-
senserat per se ipsum.

Et extractis literis, idem servatur processus pro
ulteriori executione, quem dixi servandum fore cir-
ca extractionem literarum decretarum contra con-
tumacem non parentem monitorio decreto extra
Curiam, de quo supra.

Attamen non admittitur debitor, etiam si com-
paruerit ante declarationem, ad iudicium, reficiens
do expensas, adeo quod iam facta non teneant, nisi
satisfecerit, vel deduxerit aliquid validi, propter
quod veniat pensio annullanda, vel constet quod
male fuerit assignata, quia in literis apostolicis reser-
vationis praedictae, constat de reservatione pensio-
nis de consensu partis, de sententia lata per Pontifi-
cem sub conditione, q. Nisi satisfecerit infra men-
sem, post lapsum cuiuslibet termini statuti ad sol-
vendam dictam pensionem, incurrat excommuni-
cationis sententiam, ita q. elapso dicto termino, de-
bitor est excommunicatus, & D. Auditor qn fert de-
claratoriã, nõ excommunicat, sed declarat iam factũ,
vz, debitorem incurrisse in sententiã latam per Pon-
tificem, quia literae apostolicæ & consensus praefati
habentur pro probatione probata.

I N D E X C A P I T V L O R V M.

- Capita iurisdictionis D. Auditoris. cap. 1. fol. 1
- Quod executio obligationum in forma Camere spectat ad ipsum D. Auditorem, & qua ratione. cap. 2. fol. 1
- De processibus obligationum in forma Cam. super instrumentis rogatis per notarios actuarios contra presentes. cap. 3. fol. 3
- De processibus obligationum in forma Camere contra absentes. cap. 4. fol. 4
- De processibus instrumentorum rogatorum per extraneos notarios, & instrumentis priuatorum. cap. 5. fol. 5
- De processibus & sententiis super obligationibus in forma Camere. cap. 6. fol. 5
- De modo procedendi ad vteriores censuras. cap. 7. fol. 6
- De modo procedendi ad aggrauationem, cum inuocatione auxilii brachii secularis, unico contextu. cap. 8. fol. 6
- De modo executionis dictarum censurarum, & brachii secularis. cap. 9. fol. 7
- Qualiter sit procedendum contra suscipientes censuras. cap. 10. fol. 7
- De modo procedendi super censuris susceptis extra iudicium. cap. 11. fol. 8
- De termino statuendo debitori suscipienti censuras. cap. 12. fol. 8